Quelle:
Copyright:

Leon. Bruni Aretini Epistola.

Cod. L. olim

Chartac. Fol. Sec. 15.

L. 32.

Leonardi Bruni Aretini Epistola. Epistolarum libri octo sæpius typis recusi sunt; ex editione Basileensi 1535. 8. recudi eos curavit Dom. Mansi, Hamburgi 1724. 8. Sed ingenti numero auctas et erudita præfatione ornatas vulgavit has Epistolas Ab. Laurentius Mehus Florentinus, hoc titulo: „ Epistolarum libri X. ex recensione Laurentii „ Mehus Florentiæ editi an. 1741. Tom. 2. in 4. Utraque destitutus editione affirmare non ausim, novas et adhuc incognitas in Ms. nostro contineri. Numero sunt 134. Sed non omnes Aretini, nec ordine chronologico conscriptæ, nec in libros distinctæ. Ex iis notatu mihi digniores videntur sequentes: Prima est Aretini ad T. Collutium /: de quo vide Cod. Ms. XIX. :/ et incipit: "Vereor mi „ Colloci ne te pœnituerit eorum" ch. ubi inter alia conquiritur, quod inepte sibi nomen Cechi /:Cecii:/, utpote patri suo proprium, attribuatur. Quinta inscribitur: " Papæ commendatur Leonardus." Incipit: " Post humilem recommendationem et pe „ dum oscula beatorum." Est epistola Collucii Pierii, qua favori Innocentii VII. Aretinum Alumnum suum commendat. Primus eam publici luci fecit Domin. Mansi in Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 291. — Folio 33 habetur Epistola Aretini ad Chiriacum /: Anconitanum :/ qua incipit: "Melius „ erat o Ciriace non tantum sapere" ch. Sed diversa ab illa, quam vulgavit Baluzius Miscell. T. 3. p. 111. — Fol. 40. Epistola ad Eugenium IV. seu præfationem ad libros Politic. Aristot. quos vertit in latinum; prodierunt venetiis ao 1504. Incipit hoc epistola: " Libros Politicorum mul „ tis a me vigiliis." — Fol. 46. exstat Epistola ad Dominam Baptistam de Malatestis, qua incipit: " Compulsus crebro rumore." Commendantur in ea bona studia; an eadem sit cum illa, quam